



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Arch. 4

374

n

Trch. 37<sup>n</sup> 4°

Crassier









arch.

Provision

R

DESCRIPTIO  
B R E V I S  
GEMMARUM  
QUÆ IN MUSEO

GUIL. S. R. J. L.  
BARONIS DE CRASSIER,  
Celsissimi Episcopi ac Principis  
Leodiensis in Camera Rationa-  
ria Consilarii, &c. asservantur.




LEODII,

Typis EVERARDI KINTS, Bibliopolæ, nec-  
non SUÆ CELSITUDINIS Typographi.

---

M. D C C. X L.







U N I V E R S I S  
A N T I Q U I T A T U M  
C U L T O R I B U S  
A T Q U E C U R I O S I S

S. D. P.

GUIL. L. B. DE CRASSIER.

**P**Rodiit in lucem anno 1721.  
Numismatum nostrorum im-  
pressa Series, addito ad calcem  
Elenco aliquot Gemmarum, quas  
eo tempore possidebamus : ast  
quandoquidem harum numerus  
novis feliciter acquisitionibus mul-  
tùm abinde locupletatus fuerit, spe-  
ramus, *Eruditissimi Viri*, ut quemad-

## *Præfatio.*

modum prædictam Seriem gratanter accipere antea dignati estis, pariter non ingratum Vobis fore, si nunc singularem Musei nostri Gemmarum [ inter quas rarissimæ ] Descriptionem, publici juris facerem, eandemq; Vobis L. M. dedicarem.

Nemo Vestrûm ignorat, *Curiosissimi Amatores*, difficillimum esse Antiquariis, posse certò designare cujus sint Statuæ, Protomæ, Capita, &c. præci ævi, quando Inscriptiones vel Attributa defunt, ut disertè notavit Ill. D. B. de Montfaucon in *Suppl. Antiq. explicata tom. III. pag. 46.* quamvis faciliùs respectu illorum, quorum adhuc extant Numismata vel alia an-

*Praefatio.*

tiqua Monumenta per Scriptores  
relata.

Quamobrem, pro describendis  
Gemmis nostris, minimè neglexi-  
mus consulere Libros, Gronovii,  
Grævii, Begeri & aliorum de An-  
tiquitatibus fusè tractantes, ut ex  
similitudine illarum, quæ inibi ex-  
hibitæ reperiuntur, liceret nobis,  
saltem apparenter, plurimis Gem-  
marum nostrarum aliquod nomen  
aut explicationem, pro posse no-  
stro assignare : Quod si in tot va-  
riarum Descriptione aliquis forsan  
error irrepserit, eum nullo modo  
intentioni, sed potiùs genii nostri  
& capacitatis tenuitati tribuendum  
rogamus. Valete.

# ORDO FIGURARUM.

## *Protomæ.*

Herculis.	.	.	.	.	Pag. 1
Homeri.	.	.	.	.	2
Domitiæ Longinæ.	.	.	.	.	3
Nervæ.	.	.	.	.	4


## *Excisæ.*

Ifidis.	.	.	.	.	5
Sept. Severi & Juliæ.	.	.	.	.	6
Triumviratus.	.	.	.	.	10
Pertinacis.	}	.	.	.	16
Did. Juliani.	}	.	.	.	
Pesc. Nigri.	}	.	.	.	
Liviæ Drusillæ.	.	.	.	.	20

## *Incisæ.*

Veneris 2. Matris Amorum.	.	.	.	.	38
Laocoontis.	.	.	.	.	41
Augusti.	.	.	.	.	43
Veneris expell. Cupid.	.	.	.	.	46

Scala 3. poll. Leod.



ERRATUM. Pag. 20. lin. 3. dextrorsum lege finistrorsum.

# DESCRIPTIO GEMMARUM.

---

*PROTOMÆ GEMMEÆ OMISSIS BASIBUS.*



*Jasp: divers.*

**HERCULIS** Protome, cum Leonis exuviis, tam caput ac dorsum, quàm pectus exornantibus, Sculptoris peritissimi opus. In jaspide diversicolori & opaco. Alt.  $2\frac{3}{4}$  poll. Leodien. lat.  $2\frac{1}{4}$  spiff.  $1\frac{1}{4}$  pond. verò  $4\frac{1}{4}$  unc. Amstelod.

A



**HOMERI Protome.** Capite nudo, cum barba proluxa & eleganti, atque paludamento ad humeros ac pectus; in Achate flavescente & diaphano. Alt. 2. ferè poll. Lat.  $1\frac{1}{4}$  Spiff. 1. & pond.  $2\frac{1}{4}$  unc.

**THEMISTOCLIS.** Capite semicalvo Protome (ut apparet ex ejusdem Effigie ab eruditissimo Gronovio, Antiquit. Græc. tom. II. N°. 59. exhibita) cum toga ad pectus. In Achate flavescente ac diaphano. Alt.  $1\frac{1}{4}$  Lat.  $1\frac{1}{4}$  Spiff.  $\frac{3}{4}$  poll. & pond. 1. ferè unc.

**COELII CALDI Conf. Rom. Protome.** Capite nudo, cum toga ad pectus. In Achate albescente, ac partim diaphano, ejusdemque moduli & ponderis, ut gemma præcedens. Imago Caldi

*Protomæ gemmæ.*

3

exhibetur, dans l' grand Cabinet Romain. N°. xx.

TITI Imp. Vespasiani filii Protome. Capite laureato, cum lorica & paludamento eleganti ad pectus. In Onyche strato subcæruleo. Alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. ferè, Lat. 1. Spiff.  $\frac{1}{4}$  ac pond.  $\frac{1}{4}$  unc.



*Sapphir. alb.*

DOMITIÆ LONGINÆ, Imper. Domitiani uxoris Protome, cum capillitio mirum in modum disposito, ac vestimento valdè decoro ad pectus. In uno Sapphiro Orientali, sive aquâ marinâ. Alt. 2. poll. Lat.  $1\frac{1}{2}$  Spiff.  $\frac{7}{8}$  & pond.  $2\frac{1}{4}$  unc. Gemma splendida mirum, atque elegantissimi artificii.

*Vid. Domitiæ Numismata apud Patinum, Vailant & alios.*

A 2



*Achates*

**COCCEI NERVÆ** Protomæ capite laureato, cum lorica ad pectus; in Achate flavescente ac diaphano. Alt. & lat. 2. ferè poll. Spiss. verò 1. atque pond.  $2\frac{1}{4}$  unc.

Post descriptas septem Protomas non abs re visum est hic locum dare duabus gemmis singularibus excisis sequentibus.





ISIDIS, ut apparet, aperta facies, cum coma hinc inde æqualiter divisa, parte tamen ad normam pinnæ, medium frontis ornante: in Calcedonio rotundo & diaphano; diametri. 2. poll. Spiff.  $\frac{1}{2}$  ac pond.  $3\frac{1}{4}$  unc. cum circumferentia, tam primæ quàm averfæ partis dentata.

Raram hanc gemmam antiquitus fuiſſe putamus Tabellam rotundam ad inſtar numiſmatum; in ſummitate ſigni militaris, vel aquilæ legionariæ, ſigniferi alicujus primipili affixam; qualem ſub aquila videre licèt in ſigno majori. Tab. XXI. tom. II. ſupplem. antiquit. explic. per ill. Dom. B. de Montfaucon relato; illudque ſatis clarè ap-

paret ex eo quod hæc gemma fuerit & adhuc extet, tam perpendiculariter, quàm transversim, per medium spissitudinis sufficienter perforata, ut per hæc foramina ferro signi firmiter infereretur, dentatam verò in circumferentia fuisse arbitramur ut solidiùs circulo gemmam ambienti adhæreret.



*Onyx Varieg: exc.*

**L. SEPT. SEVERI.** laureati & **Julia** uxoris capita jugata. Vultibus dextrorsum versis; ille cum lorica capite Medusæ decorata: Hæc autem cum

*Protoma gemmea.*

7

tutulo acuto in vertice super crines, vestimentisque multum decentibus, & ambo usque ad pectus; in Onyche diversicolori. alt. 3. poll. ferè lat.  $2\frac{1}{4}$ . Spiss. circiter  $\frac{1}{2}$  ac pond. 4. unc. cum circulo deaurato.

*Gemma insignis, & eximia calaturæ.*



GEMMÆ ALIÆ EXCISÆ,

ET A JOVE PRINCIPIUM.

**J**OVIS BARBATI caput diadematum, vultu dextrorsum converso, cum paludamento ad collum; in Jasp. Onyche diaphano, strato ad plurimum rubro. alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat. 1. ferè. *Vid. Bergeri Thes. Brandeb. tom. 1. pag. 80.*

**CERES MAMMOSA** medio corpore, ac ferè nuda, brachio sinistro ad latus dextrum transversim protenso, cor tenet sinistrâ, dextrâ verò cum indice sursum elatis, ac velo subtili, à summitate humeri sinistri retrò per dextrum, & subtus grandes mammas extenso, decoratur; in Onyche albo, strato, ut cristallum diaphano. alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$  ferè. De Cerere cum grandibus mammis. *Vid. Gronov. Antiquit. Græc. tom. VII. pag. 377.*

**MINERVA** galeata & loricata ad pectus, vultu finistrorsum verso, cum dracone & larva galeam, capite verò barbato loricam squammosam ad humerum exornantibus; in Onyche albo, strato diaphano. alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$ .

**HERCULIS** caput barbatum, ac leonis exuviis collo usque decoratum, vultu dextrorsum converso; in Onyche albo & diaphano, exuviarum tamen colore distincto. alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat. 1. ferè.

**FAMÆ** caput inter crines alatum, vultu dextrorsum verso; in Onyche albissimo, strato cristallino: alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$  de Fama. *Vid. Gronov. Antiquit. Græc. tom. 11. pag. 1.*

**L. JUNII BRUTI** caput nudum cum barba, vultu dextrorsum converso; in corneolo elegantissimo; alt. 1. poll. & ampl. lat.  $\frac{7}{8}$  de Bruto. *Vid. Gronov. Antiquit. Græc. tom. 11. pag. 52.*

**PERGAMI** Trojanæ arcis Conditoris caput, singulari diademate, circulis videlicet quatuor, seu bacillis junctis, composito, præcinctum, vultu finistrorsum verso; in Onyche strato subcæruleo & diaphano, ac theca aurea. alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. ferè lat. 1. Pergami effigiem exhibuit. *Gronov. Antiquit. Græc. tom. 1. sub litt. z.*

**DEMETRII NICATORIS** Syriæ Regis caput diade-

diadematum, vultu sinistrorsum converso, cum barba proluxa & paludamento ad humeros. In Jaspomyche, strato plurimum rubro & diaphano. Alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. Lat. 1. ferè Demetrii numm. *Vid. apud Foy-Vaillant in Historia Regum Syriae, pag. 314. & 318.*

C. JULII CÆSARIS caput lauro redimitum, vultu sinistrorsum converso; in Corneolo alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. Lat. verò  $\frac{7}{8}$ .

M. CRASSI laureatum caput, vultu dextrorsum converso; in Corneolo alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. Lat.  $\frac{7}{8}$ .

POMPEI M. Caput nudum, vultu dextrorsum converso; in Corneolo alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. Lat.  $\frac{7}{8}$ .

*Non desuere qui censuerunt hos tres supra relatos primum exercuisse Triumviratum.*

*Onyx exc.*

**OCT. AUGUSTI , M. ANTONII , & M. EM. LEPIDI** Triumvirorum capita nuda , separatim egregièque sculpta , vultibus finistrorsum versis , cum hac Inscriptione , **S. P. Q. R.** In eodem Sardonyche , strato albo. Lât. 2 $\frac{1}{2}$  poll. Alt. 1 $\frac{1}{4}$  ac theca eleganti ex auro.

Gemma singularis & rarissima.

*Sequuntur 12. primorum Imp. Rom. Capita in Gemmis variis, modulo Medagliones ex aere ordinarios aequantibus, vel superantibus, atque vultibus paria per singula, ad invicem versis.*

**C. JULII CÆSARIS** laureatum caput , vultu finistrorsum converso. In Onyche albo , strato diaphano.

**OCT. AUGUSTI** caput laureatum , vultu dextrorsum verso ; in Achate seu Calcedonio omninò diaphano.

**TIBERII** laureatum caput , vultu finistrorsum converso ; in Jasponyche , strato diaphano.

**C. CALIGULÆ** caput laureatum , vultu dextrorsum verso ; in Achate , vel Calcedonio perfectè diaphano.

**TIB. CLAUDII** laureatum caput , vultu finistrorsum converso ; in Achate flavescente ac toto diaphano.

**NERONIS** caput laureatum , vultu dextrorsum verso ; in Achate diaphano , sed quoad caput obscuriori.

**S. GALBÆ** laureatum caput , vultu finistrorsum converso ; in Achate vel Calcedonio omninò diaphano.

**SALV. OTHONIS** caput nudum cum capillamento undulato , vultu dextrorsum verso ; in Corneolo variegato ac diaphano.

**AUL. VITELLII** laureatum caput , vultu finistrorsum converso ; in Onyche seu Calcedonio , strato diaphano.

**VESPASIANI** caput laureatum , vultu dextrorsum verso ; in Achate diaphano.

**TITI** laureatum caput , vultu finistrorsum con-



verso; in Achate vel Calcedonio toto diaphano.

DOMITIANI caput laureatum, vultu dextrorsum verso; In Gemma ferè simili præcedenti.

Verisimile multum nobis apparet prærelata 12. primorum Cæsarum Rom. capita, circa tempora, (vel paulò post) C. Suetonii Tranquilli qui eorundem vitas descripsit, & viventibus Trajano, Hadrianoque Imperatoribus claruit, cælata fuisse ab expertissimo istius ævi artifice, prout ex visu dictarum gemmarum, faciliè poterunt dignoscere Viri eruditissimi Antiquitatum Amatores.





G E M M Æ E X C I S Æ

V A R I I M O D U L I.

**A**UGUSTI & M. AGRIPPÆ capita laurea-  
ta, vultu ad invicem converso ; in Corneolo  
lat.  $1\frac{1}{2}$  poll. alt.  $\frac{3}{4}$  ac theca aurea.

TIBERII laureatum caput, vultu sinistrorsum  
verso ; in Corneolo alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

C. CALIGULÆ caput laureatum, vultu fini-  
strorsum converso ; in Corneolo lat.  $1\frac{1}{4}$  poll. alt.  $\frac{7}{8}$ .

T. CLAUDII laureatum caput, vultu sinistror-  
sum verso ; in Corneolo alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

NERONIS caput laureatum, vultu sinistrorsum  
converso ; in Calcedonio alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $1\frac{1}{4}$ .

S. GALBÆ laureatum caput, vultu dextror-  
sum verso ; in Jaspide griseo alt.  $2\frac{1}{4}$  poll. lat.  $1\frac{3}{4}$ .

A. VITELLII caput laureatum, vultu dextror-  
sum converso ; in Corneoleo lat.  $1\frac{1}{4}$  poll. alt.  $\frac{7}{8}$ .

VESPASIANI laureatum caput, vultu dextror-  
sum verso ; in Corneolo alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

TITI & DOMITIANI capita laureata, vultu  
ad invicem converso ; in Corneolo lat.  $1\frac{1}{4}$  poll.  
alt.  $\frac{7}{8}$  & theca aurea.

C. NERVÆ caput laureatum, vultu dextrorsum converſo; in Corneolo, ſtrato flaveſcente alt. 1. poll. & ampl. lat.  $\frac{1}{4}$ .

M. ULP. TRAJANI laureatum caput, vultu ſiniſtrorſum verſo, cum paludamento ad humeros; in Calcedonio alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. & ampl. lat.  $1\frac{1}{4}$ .

Ejuſdem TRAJANI laureati, ac PLOTINÆ uxoris capita jugata, vultibus ſiniſtrorſum converſis; in Corneolo lat.  $1\frac{1}{4}$  poll. alt.  $\frac{7}{8}$ .

TR. HADRIANI laureati, & SABINÆ uxoris capita jugata, vultibus dextrorſum verſis, cum veſtimentis & ornamentis ferè ad pectus; in Gemma diverſicolori, ſtrato diaphano. Alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. Lat.  $\frac{7}{8}$  & ampl.

Ejuſdem Hadriani caput laureatum, vultu ſiniſtrorſum converſo, cum paludamento ad humeros; in Corneolo, partim flaveſcente. Alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. Lat.  $\frac{7}{8}$  ferè.

ÆLII caput nudum, vultu ſiniſtrorſum verſo; in Corneolo, alt. 1. poll. Lat.  $\frac{1}{4}$ .

ANTONINI PII laureatum caput, vultu dextrorſum converſo, cum paludamento ad humeros; in Onyche bicolori ſubcæruleo, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. Lat.  $\frac{7}{8}$  ac theca aurea.

M. AUREL. ANTONINI caput laureatum,

vultu finistrorsum verso , cum paludamento ad humeros ; in Onyche albo , strato nigro , alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. Lat. 1. ferè ac theca aurea.

L. AUR. VERI caput nudum , vultu dextrorsum converso , cum thorace ad humeros ; in Onyche alt.  $\frac{3}{4}$  poll. Lat.  $\frac{1}{4}$

Ejusdem VERI caput nudum , vultu pariter dextrorsum verso ; in Onyche ferè simili ut præcedens. Alt. & lat. eadem.

M. COMMODI laureatum caput , vultu finistrorsum converso cum paludamento ad humeros ; in Onyche diaphano , & quoad faciem albo , ad reliquum diversicolori. Alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. Lat.  $1\frac{1}{2}$





**HELV. PERTINACIS** caput laureatum, vultu finistrorsum converso, cum paludamento ad humeros; in Lapide Nephritico, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. Lat.  $1\frac{1}{2}$  ut supra in Tabula sub N<sup>o</sup>. 1.

**DID. JULIANI** laureatum caput, vultu dextrorsum converso, cum paludamento ad humeros; in Sardachate alt.  $1\frac{1}{4}$  ferè poll. Lat.  $1\frac{1}{4}$  ut supra in Tab. sub N<sup>o</sup>. 2.

**PESCENNII NIGRI** caput laureatum, vultu finistrorsum verso, cum paludamento ad humeros; in Onyche diversicolori, strato variegato  
ac

ac diaphano, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. Lat. 1. & ampl. ut supra in Tab. sub N°. 3.

SEPT. SEVERI laureatum caput, vultu finistrorsum converso, cum lorica, partim squammata, ad humeros; in gemma coloris rosacei & diaphana, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$ .

CLOD. ALBINI caput nudum, vultu finistrorsum verso; in Sardonyche flavescente ac diaphano, alt. 1. poll. & ampl. lat.  $\frac{7}{8}$ .

ANT. CARACALLÆ laureatum caput, vultu finistrorsum converso, cum paludamento ad pectus, in Onyche partim rubido, partimque flavescente ac diaphano, alt. 1. poll. & ampl. lat.  $\frac{3}{4}$ .

SEPT. ANT. GETÆ caput laureatum, vultu dextrorsum verso; in Achate diaphano, alt. 1. poll. & ampl. lat.  $\frac{3}{4}$ .

M. OPEL. MACRINI laureatum caput, vultu finistrorsum converso, cum paludamento ad humeros; in Calcedonio seu Achate diaphano, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat. 1.

V. ANT. HELIOGABALI caput laureatum, vultu finistrorsum verso, cum parte vestimenti ad humeros; in Corneolo alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$ .

M. AUR. SEV. ALEXANDRI laureatum caput, vultu dextrorsum converso; in Onyche flavescente, strato cristallino, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$ .

C

**G. I. V. MAXIMINI** caput laureatum, vultu dextrorsum verso, cum parte vestimenti ad humeros; in Corneolo lat.  $1\frac{1}{4}$  poll. alt.  $\frac{7}{8}$ .

**C. JUL. MAXIMI VERI** caput nudum, vultu sinistrorsum converso; in Onyche singulari & diaphano, quoad caput rubicundulo, strato autem nigrescente alt. 1. poll. ferè, lat.  $\frac{3}{4}$ .

**M. ANT. GORDIANI** Africani senioris laureatum caput, vultu sinistrorsum verso; in Onyche diversicolori, strato cristallino, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. ferè, lat.  $\frac{7}{8}$  & ampl.

**M. ANT. GORDIANI** Africani junioris caput laureatum & imberbe, vultu sinistrorsum converso; in Achate diaphano, alt. 1. poll. lat.  $\frac{3}{4}$  ferè.

**M. CEL. BALBINI** laureatum caput, vultu dextrorsum verso; in Achate diaphano, maculis flavis, alt. 1. poll. lat.  $\frac{3}{4}$  & ampl.

**L. D. AURELIANI** caput coronâ radiatâ cinctum, vultu sinistrorsum converso, cum lorica ad pectus; in Jasponyche alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

**M. AUR. PROBUS**, vultu dextrorsum verso, cum galea crispata, ac laureata, & paludamento super lorica, ad pectus; in Achate alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat. 1.

**CONSTANTINI Magni** caput laureatum, vultu dextrorsum converso; in Corneolo rotundo, diamet.  $\frac{3}{4}$  poll. ac thecâ aureâ.

## G E M M Æ E X C I S Æ

## H E R O I N A R U M.

**P**HILISTIDIS Siciliæ, vel Magnæ Græciæ Reginæ caput, vultu dextrorsum converso, cum velamento ad humeros; in Jaspide viridi, ac theca aurea, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$ .

*Numisma ejusdem capiti simile exhibuit L. Bergerus in Thes. Palatino pag. 164.*

BERENICIS Ægypti Reginæ convexum valde caput, vultu dextrorsum verso, cum velamento eleganter disposito ad humeros; in Sardonyche ferè rotundo diametri circiter 1. poll. ac theca deaurata.

CLEOPATRA Ægypti Regina, M. Antonii uxoris, medio corpore, vultu dextrorsum converso, crinibusque elegantissimè dispositis, ac parim retrò pendulis: collo autem & auribus unio-nibus decoratis, cum vestimento magnifico, sinistra extensâ tenens aspidem, cujus caput propè sinistram mammam nudam admovet proprio pectori; in Onyche albo strato diaphano, & theca aurea, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$  ferè.



*Ameth.**excis.*

**LIVIAE DRUSILLÆ** Augusti uxoris ac Tiberii Imperatoris matris, caput artificiosè comatum, vultu dextrorsum verso, cum vestimento ad humeros; in Ametisto alt. 2. poll. lat.  $1\frac{1}{2}$  ac theca argentea sub circulo deaurato.

Gemma insignis valdè ac rarissima.

**AGRIPPINÆ**, M. Agrippæ & Juliæ filiæ Germanicæ uxoris caput, vultu dextrorsum converso, crinibus optimè dispositis, partimque ad mammas extensis, cum vestimento ad humeros; in Onyche flavescente, strato magis diaphano, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat. 1. & ampl.

Gemma multum elegans & valdè convexa.

**SABINÆ** Hadriani uxoris caput diadematum, vultu dextrorsum verso, cum vestimento ad hu-

meros ; in Corneolo alt. 1. poll. lat.  $\frac{7}{8}$  ferè.

FAUSTINÆ senioris Antonini Pii uxoris caput, vultu sinistrorsum converso, cum vestimento ad humeros; in Onyche bicolori & subcæruleo, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. ferè, lat.  $\frac{7}{8}$  ac theca aurea.

LUCILLÆ L. Veri uxoris caput, vultu sinistrorsum verso, cum vestimento ad humeros; in Onyche albido, strato subcæruleo, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. ferè, lat.  $\frac{7}{8}$  ac theca deaurata.

AUGUSTÆ alicujus ignotæ caput elegans, coronâ radiatâ præinctum, vultu sinistrorsum converso, cum crinibus retrò eleganter pendulis, collo margaritis decorato, ac insigni vestimento humeros mammaeque tegente; in Onyche ad naturam colorato, strato cæruleo, alt. 1. poll. & ampl. lat.  $\frac{3}{4}$  ac theca aurea.

*Gemmae sequentes promiscuè describentur.*

MARS loricatus vel fortè Paris, nudam amplectens Venerem, quæ sinistrâ pomum gestat, dextrâ verò lævam Cupidinis dextram elevantis tenet, in Onyche albissimo pro figuris, strato diaphano, ac theca aurea alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat. 1.

HESIODI caput nudum atque barbatum, vultu dextrorsum converso, in gemma opaca, flavo viridisciente, strato quadrato, alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$ .

De Hesiodo. *Vid. Gronov. Antiq. Græc. to. 2. p. 22.*

**POMONA** nuda medio corpore, vultuque finistrorsum verso, cum collo margaritis ornato, unionibus etiam inter mammas apertas pendulis, brachium sinistrum nudum ad latus dextrum extendens, sinistra tenet canistrum frugibus plenum; in Onyche albo, strato diaphano alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{4}$ .

**CERES MAMMOSA** ferè à fronte ac medio corpore, brachium sinistrum nudum extendens ad humerum dextrum linteo coopertum, cum collo margaritis decorato; in Achate albo & diaphano, alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$ .

**MINERVA** galeata & loricata ad pectus, vultu finistrorsum converso; draco & larva galeam, lorica verò pallium contextum ad humeros exornant; in Onyche albo strato diaphano, alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{4}$ .

**MINERVA** altera galeata pariter & loricata, vultu dextrorsum verso, draco galeam, lorica verò squammosam, caput fortè Medusæ, vel aliud exornant; in Onyche albo, strato diaphano, alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{4}$ .

**MERCURII** caput à fronte valdè convexum, alisque desuper ornatum; in Onyche albo, strato nigricante, alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampl.

**AHALÆ** fortassis caput barbatum, & eleganter sculptum, vultu dextrorsum converso; in Turcoide primi generis, alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampl. ac theca aurea.

**JUNO LUCINA** medio corpore vestita, vultu sinistrorsum verso, brachium nudum, dextrâ cor tenens, extendit ad humerum finistrum, collo pariter & brachio margaritis decoratis; in Sardonyche, strato diaphano, alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$  & ampl.

**MARS ULTOR** medio corpore, vultu dextrorsum converso, cum galea, pennis tam desuper quàm retrò decorata, & lorica squamosa; in Onyche albo, strato diaphano, alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$  & ampl.

**VESTALIS** à fronte caput velatum, vultu tantisper sinistrorsum verso; in Calcedonio totaliter diaphano, alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$ .

**VESTALIS** caput aliud valde simile præcedenti, atque in ejusdem generis gemma moduli attamen paululum majoris.

**ANTIQUI** alicujus Regis Christiani caput ferè à fronte, vultu tantisper sinistrorsum converso cum barba, & super frontem crucicula inter crines incisa; in Achate diaphano alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$  ferè.

**JULIÆ PIÆ**, vel fortè **MOESÆ** caput nudum, vultu dextrorsum verso; in Calcedonio diaphano alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

**ÆETÆ**, ut apparet, Colchorum Regis caput, cum barba densissima, vultu dextrorsum conver-

so, in Amethysto diaphano, strato simili applicatum, alt.  $\frac{3}{4}$  poll. ferè lat.  $\frac{1}{2}$

De Æeta. Vide Gronov. *Antiquit. Græc. tom. 1. fol. Ddd.*

HEROIS ignoti nec antiqui caput nudum, vultu sinistrorsum verso, cum vestimento magnifico super thoracem ad pectus; in Onyche albo, strato obscuriori ac diaphano applicatum; alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$

HEROINA ignota ad pectus, vultu sinistrorsum converso, cum vestimento & ornamentis more Hispanico, valdè elegantibus; in Onyche albo, strato diaphano, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. ferè, lat.  $\frac{1}{2}$

HEROINA altera ejusdem generis, sed vultu dextrorsum verso, cum paribus vestimento & ornamentis; in Onyche simili ut præcedens, alt.  $\frac{7}{8}$  poll. & ampl. lat.  $\frac{1}{2}$

*Benignè hic admonemus Lectorem curiosum, quòd in gemmis sequentibus, tam excisis quàm incisis ac miscellaneis, plurimæ describantur, quarum modulus semipollicem Leodiensem non attingit, sed ut faciliùs à majoribus distinguantur, hoc asterisco \* notatæ reperientur.*

T A B.

## T A B. I.

**COCC. NERVÆ** Imp. facies à fronte , valdè eminentis sculpturæ ; in Hyacintho primi generis , alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{4}$  ac theca aurea , octo smaragdīs , totidemque hyacinthis minoribus , per circumferentiam dispositis decorata.

\* **HERCULES** aggrediens draconem Nympharum Hesperidum custodem ; in Onyche albo , strato diaphano.

\* **GENII** caput eminenter sculptum ; in Onyche simili ac theca aurea.

\* **MARSIAS** , fortassè , infidens cippo , utraq̃ue manu tibiam tenet ante truncum arboris , retrò quem arula ; in Onyche simili.

\* **FIGURA** nuda sedens in curru , quem trahit elephas , supersedente aurigâ ; in Onyche flavescēte , strato cristallino.

\* **FIGURA** alia nuda , cum velo volitante retrò humeros , colligens ex arbore fructus aut flores , quibus adimplet vas ante se positum ; in Onyche albo , strato diaphano.

\* **PARVULUM** caput virile barbatum , cum vestimento moderno ad humeros ; in Onyche albo , strato nigro & striato.

D

**DELPHINUS** quasi natans dextrorsum , in Gemma flavescente Onychi diversicolori applicata ; lat.  $1\frac{1}{2}$  poll. alt. 1.

\* **GENII** caput , in lapide lazuli.

T A B. I I.

**FULVIA** pectore tenùs , vultu sinistrorsum converso , cum ornamentis magnificis , tam in capite & collo , quàm ad humeros , & hac circumferentiali inscriptione **FULVIA M. ANTONII UXOR** ; in Camæo rotundo , diametri 1. poll. ac theca insigni aurea , turcoidibus margaritisque eleganter decorata.

**HEROINA** ignota ad pectus vultu sinistrorsum verso , cum crinibus optimè ordinatis , retròque pendulis , ac vestimento eleganti , dextrâ cor tenens ; in Onyche albicante , strato diaphano , alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$ .

**DIVA VIRGO MARIA** velata pectore tenùs , vultu dextrorsum ad puerulum **JESUM** , quem in ulnis gestat & deosculatur , converso , super crescentem Lunam ; in Onyche albo , strato diaphano , alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  ac thecâ aureâ.

**MULIEBRE** caput ignotum , alicujus forsan ex primorum Cæsarum uxoribus , vultu sinistrorsum verso , cum crinibus eleganter ordinatis , ac ve-

stimento ad humeros ; in Gemma rubicundo-flava , albo intermixta , & diaphana , alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  ferè.

VESTALIS fortasse caput , vultu dextrorsum converso , cum velamento per medium lineâ albâ distincto ad humeros ; in Onyche diversicolori , alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

## T A B. III.

DIVA VIRGO MARIA , puerulum Jesum in ulnis gestans , asino imposita fugiensque in Ægyptum præcedente Angelo Duce , ac subsequente D. Josepho , canistrum baculo , super humerum dextrum , gerente , duabusque palmarum arboribus retro intermediis , cum tribus in ima parte Cherubinis ; in Onyche albo quoad figuras , strato autem diaphano , ac rotundo , diamet.  $\frac{7}{8}$  poll. Gemma hæc eminenter ac eleganter elaborata , thecâ aureâ 25. Rubinis circumdata magnificè inclusa est.

MAURI ignoti caput , vultu dextrorsum converso , & circulo circumdatum , cum vestimento ad humeros ; in Sardonyche flavescente , strato albo , diaphano ac rotundo , diamet.  $\frac{7}{8}$  poll.

\* PARVULUM caput virile barbatum , pilea-



tum, & ut apparet, Aristotelis, vultu dextrorsum verso; in oculo Cati, cum circulo aureo,

Aristotelis caput retulit *Gronov. Thes. Gr. Antiquit. tom. II. pag. 90.*

CAROLI, ut apparet, Burgundiæ Ducis caput crinitum, vultu dextrorsum converso, cum pallio ad humeros; in Sardonyche, alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  ac theca aurea.

\* VESPASIANI caput laureatum, vultu finistrorsum verso, cum paludamento ad humeros; in Sardonyche diaphano.

\* CAPUT barbatum, & galeatum, vultu dextrorsum converso, cum larva desuper galeam; in Onyche albo, strato diaphano.

CLEOPATRA ferè à fronte cum vestimento ad humeros, in Hyaciintho obscuro, alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{4}$  ac circulo aureo.

\* PARVULUM caput, ab utraque parte excisum, cum ornamento capitis, & vestimento ad humeros, singularibus, in Gemma opaca.

AURENG. ZEBIS caput, vultu dextrorsum verso, gemmis margaritisque ornatum, cum vestimentis magnificis ad pectus; in Onyche quinque zonis bicoloribus, duobus scilicet cæruleis, ac tribus nigris distincto, alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{1}{4}$  atque theca aurea.

T A B. I V.

PERSÆ juvenis, ut apparet, figura ad pectus, vultu sinistrorsum converso, atque ex plurimis gemmis diversicoloribus conflata, facie nempe ex Achate albo, crinibus ad occiput, ex compositione, nigris, tegumento autem capitis ad modum Persarum vel Armenorum, prout & toga coloris subflavi, colloque circumdato cæstitio rubro, cum nodo sub mento, ac extremitate ejusdem cæstitii ante pectus pendente. Stratum verò est diaphanum ex Achate diaphano variegato, colloque aureo inclusum; alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $1\frac{1}{2}$  & ampl.

ANTIQUI alicujus ex Gallorum Heroibus, post Tungrorum anni 1676. incendium, inter ruinas Urbis, caput nudum repertum, vultu sinistrorsum verso; in Onyche subflavo, strato diaphano, alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampl.

MÆNAS medio ferè corpore, & mammâ dextrâ nudâ, vultu sinistrorsum converso, cum crinibus venustè dispositis, ac vestimento mammam sinistram tegente; in Sardonyche alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

*Similem vide apud Begerum Thes. Palat. pag. 98.*

D 3

**FIGURA** muliebris ( fortè Calphurniæ ) vultu sinistrorsum verso , cum vestimento valdè eleganti pectore tenùs ; in Sardonyche alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$

**HERCULIS** caput barbaturum , vultu sinistrorsum converso ; in Gemma cærulea & diaphana , alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  ac circulo aureo.

\* **TAURUS** albidus gradiens in camæo.

**JUNO** bigâ camelorum vecta super currum sedens , apparente versùs illam & desuper quodam Numine ; in Onyche albo , strato diaphano , lat.  $\frac{1}{2}$  poll. ferè , alt.  $\frac{1}{2}$

**CLEOPATRÆ** aut **LUCRETIÆ** caput ferè à fronte , ac sculpturæ eminentis ; in Corneolo alt.  $\frac{1}{2}$  poll. ferè , lat.  $\frac{1}{2}$  & theca aurea.

**FACIES** eminenter excisa alicujus ex Francorum , stirpis Merovingicæ , Regibus , cum nimbo partim fracto , multùm similis iis , quos in Diplomatum sigillis exhibuit erud. Joan. Mabillon de Re Diplomatioa lib. V. pag. 381. & 385. prout & Ill. D. Bernard. de Monfaucon , in Monum. Reg. Franc. tom. 1. Tab. XV. in Achate albo & diaphano , alt. 1. poll. lat.  $\frac{7}{8}$  Spiff.  $\frac{1}{2}$  atque theca argentea.

T A B. V.

**HEROINÆ** ignotæ caput, vultu dextrorsum converso, cum crinibus eleganter dispositis retroque collum partim pendulis, ac vestimento magnifico ad humeros; in Onyche albo, strato diaphano, alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  ferè ac theca aurea quatuor smaragdis decorata.

**ARION LESBIUS**, quasi alatus, stans super Delphini dorsum, atque per maris undas securè gradiens, velum vento inflatum ambabus manibus tenet; in Onyche albo, strato diaphano, alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$ .

**JESU CHRISTI** caput, spinis sanguine tinctis, coronatum, vultu sinistrorsum verso, cum toga ad pectus, & in averfa parte, caput Divæ Virginis Mariæ velatum ad humeros, vultu dextrorsum converso; in Jaspide viridi, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $1\frac{1}{4}$  atque circulo aureo.

*Vir quidam Antiquitatum amantissimus Jaspidem averfa parti prædescriptæ solum, sed omninò similem, erroneè pro Vesta, vel Virgine Vestali publicavit, anno 1703.*

**ANGELUS** stans à fronte, alisque expansis, elevat ante se figuram humanam nudam, recen-

ter è Purgatorio , retrò ac subtus exsculpto , liberatam ; in Onychè cum variis ad hoc opus , adaptatis coloribus , alt. 1. poll. lat.  $\frac{3}{4}$  & theca aurea.

ÆTHIOPIS ignoti perfectissimè exsculptum caput , vultu dextrorsum converso , cum vestimento ad humeros , atque magnâ unione ad aurem pendulâ ; in Gemma nigricante , strato albo , & diaphano applicata , alt.  $1\frac{1}{8}$  poll. lat. 1. ac circulo aureo.

*Similem omninò Æthiopem exhibuit Begerus Constantis capiti oppositum , in Thes. Palat pag. 92.*

## IN ANNULIS.

DAPHNE caput magnificè comatum , vultu sinistrorsum verso , cum torque in collo , mamella dextra aperta , & vestimento eleganti ad pectus , in Onychè albo , strato diaphano , alt.  $\frac{3}{4}$  poll. ferè , lat.  $\frac{1}{2}$  ac annulo aureo.

ANNULUS aureus , quo insertus elegans Sardonyx , cum hac , in medio laureæ , exsculpta Inscriptione Græca : ΕΥΤΥΧΙ ΕΥΓΕΝΙ , hoc est , PROSPERE AGAS EUGENI.

*Gemma ex eo singularis , quod in ea Caractères , prout & laurea , ex Onychis albo sculpti sint , strata-*

*stratum verò separatim, unico Sardæ colore, expressum maneat.*

★ BIGA animalium ignotorum ; in Onyche albo, strato subcæruleo, & annulo argenteo.

\*\*\*\*\*

## G E M M Æ I N C I S Æ.

### T A B. I.

CIRCUS MAXIMUS, quo exhibentur ludi sæculares omnium notatu dignissimi, Romæ tempore Imperatoris Philippi senioris, & in memoriam anni milleni fundatæ urbis celebrati, ubi productæ fuerunt, feræ bestiæque quamplures etiam ignotæ, & inter has primâ vice Hippopotamus; in Onyche lat.  $1\frac{1}{4}$  alt.  $\frac{7}{8}$  poll. ac circulo ex argento deaurato.

*Gemmam hanc retulit eruditiss. D. de Montfaucon : Antiquitatis illust. tom. III. Tab. CLXV. & de iisdem ludis. Vid. Gravii Thes. Antiq. Rom. tom. VIII. pag. 613. & 614.*

ARTEMISIA Cariæ Regina stans velata, vestimentis ad luctum compositis amicta, atque cum Cochleari, dilutos aqua Mausoli Sponsi cineres accipiens, & deglutiens è vase illos continente,

E

super aram quadratam posito, ante speciem pyramidis, cujus superiori parte Dea stans inserta est; in Cristallo rupæo alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $1\frac{1}{4}$  ferè.

*Hanc etiam retulit, & latius explicavit idem D. de Montfaucon, in Supplem. tom. v. Tab. 1.*

**TUCCIA VESTALIS** gradiens, vultu finistrorsum verso, ambabusque manibus cribrum gestans; in Sarda semi-diaphana, alt. 1. poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

*Eandem quoque exhibuit Montfaucon, tom. eod. Tab. XXIII.*

**MARSIAE** supplicium, in quo repræsentatur Apollo Cytharedus stans, Marsias verò sedens, manibus post tergum, ad arborem intermediam revinctis; in Jaspide viridi, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$ .

**GALBÆ** laureati caput vultu dextrorsum verso, cum paludamento ad humeros, in Corneolo, alt.  $\frac{5}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{8}$ .

**MATIDIÆ** caput dextrorsum ad humeros; in Corneolo, alt.  $\frac{5}{8}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$ .

**DIOCLETIANI** galeati caput dextrorsum, cum paludamento ad humeros; in Corneolo variegato, alt.  $\frac{1}{2}$  poll. & ampl. lat.  $\frac{1}{2}$  ferè.

\* **PALLADIS** galeatum caput dextrorsum, cum lorica ad humeros; in Corneolo.

T A B. I I.

**UBERTAS**, five **VENUS** rerum gignandarum parens, versâ facie ad cœlum stans ac aspiciens, sinistrâ clavem attollit ad nubes, ex quibus flores abundè labuntur versus terram, dextrâ verò gerit cornucopiæ, ex quo pariter alii flores proruunt ad replendum humi canistrum, quem Cupido alatus & pharetratus ambabus manibus tenet, in Onyche alt.  $2\frac{1}{4}$  poll. lat.  $1\frac{1}{2}$  ac circulo argenteo.

**VENUS** stans sinistrâ elatâ clavem attollit, ad Solis astrum fulgidum inter nubes, ex quibus labuntur fructus varii ac multi, quos Cupido similis ut in Gemma præcedenti colligit, iisdem adimplens canistrum inter se & Venerem humi positum; in Achate, alt. 2. poll. lat.  $1\frac{1}{2}$ .

\* **MUTIUS SCÆVOLA** galeatus & loricatus stans, dextram igni super aram extendit; sinistrâ hastæ innixus; in Corneolo.

**SPHINX** alatus aggrediens à sinistris virum dexterâ globum gerentem; in Achate, alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

\* **JUPITER** dextrâ hastæ adnixus stans, sinistrâ fulmen tenet, pro pedibus à sinistris Aquila; in Achate diaphano.

E 2



★ **MUTIUS SCÆVOLA**, &c. ut supra memoratus; sed in Lapide lazuli.

**FIGURÆ** duæ viriles nudæ ac stantes: quæ à dextris thyrsus gerit dextrâ, quæ verò à sinistris arcum & spiculum tenet sinistrâ; in Corneolo ferè rotundo, diamet.  $\frac{1}{2}$  poll. & ampl.

★ **FIGURA** muliebris nuda, sedens sub arbore, dextram extendit, sinistrâ humi innixâ, ante pedes ejus ignis; in Jaspide rubro-viridi.

T A B. I I I.

**ÆSCULAPIUS & HYGIEA**, Numina salutis, stantes in conspectu, pateram hæc cum serpente manibus gestat, ille verò Scipionem serpente intortum ad terram extendit; in Achate diaphano, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $1\frac{1}{4}$ .

**CAPUT** calvum & ignotum, vultu dextrorsum converso, cum paludamento ad humeros; in Achate striato, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat.  $1\frac{1}{4}$ .

**COMMODI Imp.** caput laureatum, vultu dextrorsum verso, cum paludamento ad humerum dextrum; in Jaspide rubro variegato, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat. 1.

**FIGURA** nuda monticulo plantis operto insidens, faciemque, ad Solem, inter nubes radia-

tum vertens, dextram extendit ad ramum arboris crescentis, sinistrâ verò dimissâ ramum alium abscissum gerit: ante illam ad pedes arbuscula; in Achate diversicolori ac diaphano, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $1\frac{1}{2}$ .

\* HEROINÆ ignotæ caput, vultu dextrorsum converso; in Achate diaphano.

\* CAPUT, ut videtur, Tomyridis Scytharum Reginæ, ornatum desuper capite virili barbato; in Jaspide viridi.

*De ea scripsere Begerus, & postea Montfaucon.*

\* DOMITIANI, fortè, caput laureatum, vultu dextrorsum verso; in Corneolo.

# T A B. I V.

MARS galeatus, loricatus & armatus, stans à sinistris, lauream dextrâ imponit capiti Veneris nudæ ante se etiam stantis, junctis invicem sinistris, & crescente inter utriusque pedes plantâ vel arbusculâ; in Achate diversicolori, alt. 2. poll. lat.  $1\frac{1}{4}$  & ampl.



CALCEDON: INCIS:

**VENUS** duorum mater Amorum stans nuda, vultu dextrorsum converso, dextrâ extensâ ramum triplicem tenet, sinistrâ verò dimissâ pudendum tegit, inter duos pueros nudos, alatos & pharetratos: Cupidinem scilicet & Bacchum matrem adspicientes. Cupido stans à dextris, ambabus manibus femur Veneris dextrum amplectitur; Bacchus verò à sinistris, dextrâ elatâ thyrsus saltando gerit, crescente hinc inde arbusculâ; in Calcedonio alt. 2. poll. lat.

**I<sup>1</sup>**

**VENUS** nuda, cum velo à capite retrorsum volitante, gradiens dextrâ Cupidinem, ante se ramum dextrâ elatâ gestantem, ducit. Sinistrâ ve-

rò, cum prædicto velo, spiculum erectum tenet; in Jaspide viridi, alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

FORTUNA stans, brachio sinistro cornucopiæ & ramos gerit, dextrâ verò navis gubernaculum ad terram; in Jaspide viridi, alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

HILARITAS stolata stans, dextrâ Palmæ ramum tenet, sinistrâ velo retrò volitanti admotâ; in Corneolo, alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

\* ÆQUITAS nuda gradiens dextrorsum, dextrâ bilancem gerit, sinistrâ velo, ut in superiori, admotâ.

CUPIDO nudus & alatus, intenso arcu vibrans sagittam, in Achate diaphano, alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

\* FIGURA muliebris stolata stans, dextrâ spiculum, sinistrâ verò ramum gerit; in Achate.

T A B. V.

CHRISIPPI, vel alterius insignis Philosophi caput, vultu dextrorsum converso, cum paludamento ad humeros, eleganter incisum; in Amethysto perfecto & octangulâri, alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampliùs ac majori thecâ aureâ, sapphiris albis margaritisque decorata.

**CAPUT AUGUSTI** laureatum , vultu finistrorsum verso ; in Achate vel Calcedonio , alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  ac theca aurea.

**IGNOTUM** caput muliebre fortè Libertatis , vultu dextrorsum verso , cum vestimento ad humeros , crinibusque partim squamosè dispositis ; in Corneolo , alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampl.

\* **ALEXANDRI Magni** , vel forsan Martis , galeatum caput , vultu finistrorsum converso , cum ornamento ad humeros ; in Corneolo.

\* **MERCURII** caput diadematum , vultu dextrorsum verso , cum paludamento ad humeros , & caduceo ante emergente ; in Corneolo.

\* **CAPUT Minervæ** galeatum , finistrorsum , cum galea ad humeros ; in Corneolo.

**SABINÆ** Imp. Hadriani uxoris caput , finistrorsum cum vestimento ad humeros , in Jaspide viridi , alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

**PTOLOMÆI AULETIS** Ægypti Regis , capite diademato , bustum , vultu finistrorsum converso , in Corneolo , alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$

**S. OTHONIS** Cæsaris nudum caput dextrorsum , cum paludamento ad humeros , in Onyche cæruleo , strato nigro , alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

**T A B.**

T A B. V I.



ONYX. INCIS.

**LAOCOON** Neptuni Sacerdos , tempore obfidionis Trojæ , & ambo filii ingentibus 2. draconum spiris correpti ac circumvoluti , ab his se totis viribus expedire conantes ; in Onyche alt.  $1\frac{3}{4}$  lat.  $1\frac{1}{4}$

Gemma eximie raritatis & elegantie.

*De Laocoonte scripsit Virgil. Æneid. lib. II.*

**MUTIUS SCÆVOLA** galeatus & loricatus , vultu finistrorsum converso , stans dextrâ hastæ inversæ innixus , finistram flammis super aram audacter imponit ; in Achate alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat. 1.

*Similem ferè , sed minoris moduli exhibuit Montfaucon Antiq. illust. tom. IV. Tab. VII. N. 5.*

F

**PALLAS** seu potiùs **VENUS**, galeata, loricata & armata stans myrteti in medio, vultuque dextrorsum converso, dextrâ hastam erectam tenet, sinistrâ scutum, latus tegens; in Achate alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $1\frac{1}{2}$ .

**VICTORIA** alata & stolata stans, vultu sinistrorsum verso, utrâque manu ramum erectum gerit, in Onyche, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. & ampl. lat. 1. ferè.

**FIGURA** muliebris, seu Veneris conjugalis, stans, vultu dextrorsum converso, cum velo ad humeros retrò volitante, dextrâ extensâ quatuor spicula, per medium colligata & erecta, tenet super myrtum ante crescentem, sinistro autem brachio prædictum velum, & sinistrâ manu vestem volitantem retinentibus, in Sarda, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat. 1.

**BACCHUS BASSAREUS** veste talari pallioque indutus gradiens dextrorsum, thyrsus humero transversum dextrâ gerit, in Achate ferè opaco, alt.  $\frac{2}{3}$  poll. lat.  $\frac{2}{3}$ .

**ABRAXAS** cum galli capite, corpore brachiisque humanis, loricam antiquo more gestans, dextrâ clipeum, sinistrâ verò flagellum tenet, cruribus in serpentes desinentibus, cum crescente Luna in superiori parte à sinistris, ac in ima parte, stella, extat autem in aversa parte hæc inscriptio: I. A. CO. ABRACAZ; in Jaspide viridi.

T A B. VII.



ACHAT : INCIS :

**AUGUSTUS** capite & corpore nudus , cum humero dextro linteo tantum operto , cippo infidens , dextrâ ejusdem lintei parte involutâ , victoriolam sustinet alatham , quæ finistrâ dimissâ ramulum abscissum tenet , dextrâ verò elatâ cum corolla ramum apprehendit majorem , medio columnæ , unâ cum arcu & pharetra transversim alligatum , eminet autem globus super eandem columnam , ante Augustum erectam , in congerie armorum , in Achate diaphano , alt. 2 $\frac{1}{2}$  poll. lat.

I $\frac{3}{4}$

F 2



*Gemma insignis, & rara ex eo quod exhibeat Augustum, sub specie Martis Victoris, Græco more nudum: Victoria cum lauri ramo & corolla, ad ætiacam spectat victoriam, arma verò tanquam stabilità P. R. pace, ad columnam DIVI IVLII deposita sunt, decussatim verò lauri victoris ramus & arma Apollinis (cui etiam comparatur Augustus) de columna dependent, ut doctissime explicavit eruditissimus Havercampius Bat.*

MARS galeatus, loricatus & pharetratus, stans vultu dextrorsum converso, dextrâ extensâ super clipeum ante erectum, ramum gestat, sinistrâ verò hastæ acutæ, arcu intermedio, innititur. Retrò Martem à sinistris extat columna cum tribus spiculis, & desuper in anteriori parte astrum sive stella apparet; in Achate, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat. 1.

HERCULES nudus stans, vultu dextrorsum converso, cum clava elata Hydram leernam aggredditur; in Achate, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$  & ampl.

VENUS marina, vultu sinistrorsum converso, gradens, & quasi fluctibus emergens, dextrâ vestimentum sublevat, sinistram attollens; in Sardonyche inferiori parte diaphano, alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$  ferè.

VENUS vestita stans, vultu dextrorsum verso, dextrâ Cupidinis nudi, ante se quasi saltantis,

manum tenet , finistrâ verò cornucopiæ & ramos;  
in Jaspide viridi , alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$

VULCANUS pileatus sedens , dextram extendit ad ignem ante se candescentem , finistrâ verò elatâ malleum tenet ; in Jaspide viridi alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$

MARS galeatus stans , dextrâ spiculum inversum , finistrâ scutum tenet ad terram ; in Corneolo alt.  $\frac{5}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$  ferè.

\* FIGURA virilis nuda stans , sceptrum parvo cum velo dependente gestat à sinistris , galeâ humi ante se positâ ; in Onyche nigro , superficie cæruleâ.

NEPTUNUS sub forma piscis cum capite humano barbato , ac Tridente caudâ intorto , quasi natans dextrorsum ; in Jaspide rubro & opaco.

## T A B. VIII.



ONYX. INCIS.

**VENUS** nuda cum tenui velo per brachia ex collo volitante, stans semicurva, sinistramque pectori admovens, dextrâ elatâ flagellum vibrat contra Cupidinem, quòd deposito officio suo incendi mortalium corda, ut proli indulgeant, ludat protervè aliis cum pueris non alatis. Cupidinis verò otiantis, ac super humeros unius puero- rum ludibundi arma, arcus nempè, sagitta & pharetra humi dispersa sunt. Buccæ prætereà cum foliis ex Myrto arbore, quæ utrimque in proxi-

mo est, à pueris istis per inertiam dicerptæ, humi etiam jacent, altero ex illis ex contritione folii Myrti, ori suo admoti, gratum odorem captante. Hinc indignatio Deæ amorum; in Onyche diversicolori ac diaphano, alt.  $2\frac{1}{2}$  poll. lat.  $1\frac{1}{2}$ .

Gemma insignis inter rariores adnumeranda.

VENUS stans vultu sinistrorsum converso cum tenui velo ab humeris, hinc inde volitante, sinistrâ ramum aræ cippo impositæ, apponendum, pomo seu globo intermedio, tenet, dextram retrò ad vestimentum dimittens; in Corneolo alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{5}{8}$ .

DIANA VENATRIX stans vultu dextrorsum converso, vestita, & cum velo retrò volitante, canem venaticum tenet alligatum dextrâ, sinistram retrò dimittens; in Corneolo alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$ .

CUPIDO alatus gradiens dextrorsum, intenoque arcu vibrans sagittam; in Onyche cæruleo strato nigro.

JUPITER in cella sedens, vultu sinistrorsum verso, dextrâ hastæ innixus, sinistrâ globum gerit; in Achate diaphano utrimque convexo.

FIGURA muliebris nuda stans, vultu dextrorsum converso, dextrâ cornucopiæ, sinistrâ ramos desuper aram accensam tenet; in Corneolo alt.  $\frac{5}{8}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$ .

**FIGURÆ** duæ viriles propè invicem : prima stans à dextris , thyrsus erectum tenet dextrâ , sinistram jungens dextræ alterius insidentis super aram , propè quam clipeus cum duobus spiculis ; in Corneolo alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

T A B. I X.

*Continens 12. Gemmas.*

**APOLLO** nudus stans , lyram erectam dextrâ sustinet , vultu in eandem verso , sinistro autem brachio innititur columnæ , cui addita transversim pharetra cum arcu : statque ante pedes corvus , rostro versus Apollinem directo ; in Jaspide viridi , alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$

**CUPIDO** nudus , alatus & pharetratus stans manibus elatis , vas super quod cor , attollit versus cælum radiatum , in area : hinc inde arbuscula ; in Achate , seu Onyche diaphano , alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$

**FIGURA** nuda , vultu sinistrorsum converso , insidens loricæ , super illam dextrâ tenet hastam , contra quam spicula duo erecta , sinistrâ verò extensâ galeam gerit , apparente in superiori parte , astro sive stellâ , inter utrimque nubes ; in Achate

te diaphano, alt.  $\text{I.}$  poll. lat.  $\frac{1}{4}$  & ampl.

VENUS omninò nuda super globum inter myrteta stans, finistrâ facem erectam atque accensam gerit, dextrâ verò, abrasum quid, ab utraque parte stant duo Cupidines alati, vultu sursum versus Venerem mediam converso; in Onyche, alt.  $\text{I.}$  poll. lat.  $\frac{1}{4}$

*NB. Gemma hæc olim major ac integrior extitit, sed abinde adeò imminuta, ut caput Veneris cum dextra ejusdem, & capite Cupidinis à dextris positi, & alia abrasa fuerint, relicto, Gemmæ medio, foramine, quo insertus fuit fortè Adamas vel alter pretiosus lapis.*

CUPIDO alatus & pharetratus, vultu sursum ad Solem inter nubes verso; stans manibus extensis arulam accensam dextrorsum gerit super arbusculam in ima parte; in Onyche diaphano, alt.  $\text{I.}$  poll. lat.  $\frac{1}{4}$

FIGURÆ duæ muliebres stolatæ stantes in conspectu invicem: quæ à dextris ramum erectum tenet dextrâ, finistrâ verò dimissâ lauream, quæ autem à sinistris, palmam gerit finistrâ, dextram vestimento admovens; in Achate diaphano & variegato, alt.  $\text{I.}$  ferè poll. lat.  $\frac{1}{4}$

JULIUS CÆSAR super suggestum positus, & in sella curuli sedens, dextrâ dimissâ, sinistram ex-

G

tendit ad caput Pompeii, per Theodorum genuflexum, sibi oblatum; prope Cæsarem à sinistris in substructione, stat figura virilis dextram elevans, eademque ostendens astrum desuper lucidum; retrò Theodorum verò stat quarta figura togata dextram extendens versùs idem astrum & Cæsarem. Datur etiam in suggestu hæc inscriptio: DIVI IV. in Onyche diaphano; alt. 1. poll. lat.  $\frac{3}{4}$  ferè.

AUGUSTUS superiore corporis parte nudus, quasi sedens, vultu dextrorsum converso, dextrâ ramum apponit ad columnam ante se erectam, pharetramque transversim in medio ejus appensam, sinistram sedi admovens; in Onyche alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

GENII duo alati, nudi & pharetrati stantes prope invicem, facem accensam ambo gerentes ac easdem inter nubes elatas conjungentes; in octangulari Onyche, alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

FIGURA militaris, vultu sinistrorsum verso, insidens, dextrâque nixâ arboris trunco, de quo emergit ramus, sinistram elatâ pateram tenet, super arulam vel thyrsus, in Achate diaphano, alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

VICTORIA nuda ac alata gradiens dextrorsum, palmam utrâque manu tenet, duabus aliis palmis

hinc inde in area crescentibus ; in Achate variegato & diaphano , alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$

GENII duo nudi , alati , pharetrati , ac proximè juncti , quasi se invicem amplectentes stant , sub sole super eos radiante , inter hinc inde nubes ; in Onyche diaphano & octangolari , alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$  & ampl.

T A B. X.

*Continens 15. Gemmas.*

VIR barbatus corpore nudo , semisedens contra magnum arboris truncum , ex quo duo excrescunt rami , tubâ directâ ludit , stante humi ad pedes lyrâ ; in Achate diaphano , parum convexo , alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$  ferè.

MARS & PALLAS galeati & loricati , stantes in conspectu : hastam ille dextrâ tenet imponens sinistrâ lauream capiti Palladis dextrâ securiferæ , sinistrâ clipeum tenentis ; in Sardonyche alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{7}{8}$

VIR nudus trunco arboris , quo ramus emergit , infidens , sinistrâ baculum tenet , dextrâ accipiens ramum oblatum ab genio nudo & alato , ante se stante ; in Onyche alt. ferè 1. poll. lat.  $\frac{3}{4}$  & ampl.

G 2



SENEX nudus, sinistro genu flexus, alatus & pharetratus, cum diademate radiato in capite, ac vultu dextrorsum converso, dextrâ pileum baculo transfixum gerit, sinistram extollens; in superiori verò parte apparet stella; in Achate alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$ .

VIR armatus capite nudo, ac vultu dextrorsum verso stans, dextrâ pileum baculo transfixum tenet, sinistro brachio scutum cum Scipione, appa-  
rente ante genua stellâ; in Achate alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampl.

FIGURA muliebris gradiens sinistrorsum, dextram attollit, sinistrâ verò extensâ, baculo duobus fortè ramulis vel pisculis transverso, adniti-  
tur; in Onyche alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

VIR armatus & galeatus stans, vultu dextrorsum converso, dextrâ scutum cum duabus hastis ante se tenet, sinistrâ baculo super thoracem ad-  
nixus; in Achate alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

MUTIUS SCÆVOLA galeatus & armatus, vultu dextrorsum verso stans, dextram apponit  
flammis super aram, sinistrâ elatâ hastam tenens; in Achate alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampl.

VIR nudus stans sinistrorsum versus, atque dex-  
trâ elatâ hastæ innixus, sinistrâ extensâ tenet ba-  
culum armatum cuspide quadruplici; in Achate  
diaphano alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$ .

NB. *Septem sequentes sunt ejusdem ferè moduli ac præcedens.*

**VULCANUS** ferè nudus pileato capite , vultu dextrorsum converso , insidens super cippum , sinistra malleum attollit , dextrâ fabricando supra incudem , ponè eum à dextris stat Venus galeata , puerulo ante se quasi gradienti dexteram porrigens , in Onyche alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampl.

**CUPIDO** alatus & pharetratus , dextrorsum accedens ad aram , supra quam vas cum emergenti ramo , dextrâ corollam desuper attollit , sinistra vas prædictum ostendens , altero ramo retrò Cupidinem crescente ; in Achate diaphano , alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampl.

**FIGURA** nuda vultu sinistrorsum verso , insidens thoraci cui dextram apponit , retrò quam spicula tria sunt erecta ; sinistra verò extensâ galeam tenet ; in Achate diaphano , alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$

**FIGURA** altera omninò ferè similis superiori.

**GENIUS** stans dextrorsum versus , dextrâ telum erectum , sinistra hastam tenet ; in Onyche alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$

**MULIEBRIS** figura stans dextrorsum versa , sinistro brachio cornucopiæ , cum ramulis gerit , dextrâ verò puerulum arcitenentem dirigit ; in Achate diaphano , alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$

**FIGURA** nuda stans vultu dextrorsum converso, dextrâ extensâ galeam tenet super puerulum ante se cum baculo gradientem, sinistro autem brachio columnæ adnuitur manu elatâ; in Achate alt.  $\frac{1}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

**T A B. X I.**

*Continet 25. Gemmas, quæ alt.  $\frac{1}{4}$  poll. aut paulò plus, vel minùs attingunt, lat. verò  $\frac{1}{2}$  excedunt.*

**GENIUS** alatus sinistrorsum stans, sinistrâ extensâ arcum tenet ad terram, dextrâ femori admotâ, in area varius hinc inde ramus; in Achate diaphano.

**GENIUS** nudus & galeatus dextrorsum stans, sinistrâ ramum tenet, dextrâ verò speciem caducei super globum; in Jaspide viridi.

**FIGURA** nuda dextrorsum stans, cum linteolo, dextrâ extensâ loricam gerit, elevans sinistram, sub qua columna cum duobus baculis; in Onyche.

**DUÆ FIGURÆ** viriles in conspectu invicem stantes, manus jungunt, cum palmæ arbore crescente intermedia: quæ à dextris clipeum gerit

brachio dextro , & quæ à sinistris , sinistro ; in Onyche.

**HERCULES** exuviis leonis ornatus, dextrorsum stans, Antæum Gigantem suffocat ; in Achate diaphano.

**HERCULES** 'galeatus dextrorsum gradiens, exuviis leonis hinc inde pendentibus, dextrâ clavam gerit super humerum ; in Sardonyche.

**CAPUT** ignotum, sed laureatum atque vultu dextrorsum directo versùs astrum ante positum ; in Onyche.

**FIGURA** nuda , alata & pharetrata dextrorsum stans , palmam unaquâque manu gerit ; in Sarda.

**FIGURA** similis priori dextrâ sagittam elatam, sinistrâ verò inversam tenet , stellâ desuper inter nubes lucente ; in Onyche.

**FIGURA** nuda & alata dextrorsum stans , dextrâ spiculum seu sagittam cum arcu tenet , sinistrâ verò palmam duplicem , lucente desuper inter nubes stellâ , prout supra ; in Achate diaphano.

**FIGURA** loricata , nudo tamen capite sinistrorsum stans , pateram sinistrâ extensâ tenet , dextrâ autem dimissâ , instrumenta gerit , ante eam extat species arulæ ; in Corneolo obscuro.

**FIGURA** laureata & nuda , cum velo solum

retrò volante dextrorsum stans, arcum cum sagitta intensum, utrâque manu tenet; in Achate diaphano.

GENIUS alatus & pharetratus dextrorsum stans, sinistrâ extensâ tenet cor, quod dextrâ elatâ telo vulnerat, crescente subtus palmâ; in Onyche.

VENUS Victrix dextrorsum stans, sinistrique pede globum calcans, dextrâ extensâ galeam gerit, sinistrâ elatâ super columnam, ad quam duo juncti baculi; in Sardonyche.

FIGURÆ duæ nudæ stantes, vultu ad invicem verso, sagittam magnam & erectam inter se hinc inde ambo unâ manu tenent, alterâ verò externè unaquæque clipeum; in Achate diaphano.

MUTIUS SCÆVOLA galeatus & armatus stans dextrorsum, flammis super aram apponit dextram, hastæ adnexus sinistrâ; in Onyche diaphano.

GENIUS nudus, vultu sinistrorsum verso, infidens, dextrâque nixus arboris trunco, quo emergit ramus crescens, sinistrâ extensâ alterum triplicem ramum gestat; in Achate.

LUCRETIA Collatini uxor stans nudo corpore, cum solo linteo retrò ac à sinistris pendente, vultuque sursum directo, pugionem sibi unâ manu in pectus mittit, alterâ extremitatem lintei tenens deorsum; in Achate.

MU.

MULIER stolata dextrorsum stans, dextrâ baculum tenet supernè armatum, sinistrâ dimissâ ramum.

VULCANUS nudus ferè stans dextrorsum, malleum elatum dextrâ tenet, sinistrâ verò cassidem super incudem, retrò cum arboris truncus cum ramo excrecente; in Sarda,

VIR armatus dextrorsum stans, brachiis atque cruribus nudis, dextrâ ad aram accensam sacrificat, sinistrâ verò dimissâ clavam tenet; in Onyche.

VIR nudus sinistrorsum insidens ac dextrâ nixus thoraci, cum tribus spiculis junctis, sinistrâ verò extensâ cassidem tenet; in Achate diaphano.

PALLAS aut VENUS galeata stans dextrorsum, sinistrâ cornucopiæ cum ramis gerit, ante illam verò puer nudus elevans dextrâ ramum, cui mater apponit quoque dextram; in Achate.

CUPIDO nudus & alatus dextrorsum stans, manibus tenet arcum intensum, sagittam vibraturus; in Achate.

VIRI duo armati & galeati, vultu ad invicem verso, stantes : qui à dextris Scipionem gerit dextrâ, sinistram elevans versùs alium, qui ut attentus ad socium, dextrâ dimissâ clipeum tenet ad terram, sinistrâ verò elatâ hastæ adnuitur; in Onyche.

H

## E X T R A T A B U L A S.

SCORPIO ferè fimilis illi quem exhibuit & explicavit Begerus , Spicilegii pag. 54. excepto quod noster, ut terrestris , non habeat stellam adjunctam; in Jaspide rubro-viridi.

SPECIES Caducei cum hac circumscriptione :  
SAMOT. REX. GAL. PAX. in Corneolo , alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

*De simili vide Baudelot in Tract. De l'utilité des Voyages , Part. II. pag. 394.*

ADAM & HEVA nudi stantes, vultu ab invicem verso, sub arbore fructifera, scientiæ boni & mali, inter illos media, arboris truncum ab ima parte gyris ascendit ac circumdat serpens, capite è majoribus exeunte ramis, atque ad Hevam directo quæ dextrâ fructum tenet, sinistram ad arbusculam retrò crescentem extendens, Adam verò sinistram tendit versùs Hevam, dextrâ ad ventrem admotâ, retrò illum crescit altera arbuscula, super quam avis rostro ad Adam verso. Extat etiam secunda avis quasi advolans retrò caput Hevæ; in Jaspide rubro-viridi alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat.  $1\frac{1}{2}$ .

VENUS nuda, cum tenui velo ex humeris volitante insidens, dextramque tenens super lori-

cam, quâ tria emergunt spicula, galeam finistrâ  
extensâ sustinet suprâ Cupidinem alatum & pha-  
retratum, colligentemque Myrti ramum: elucet  
desuper sol radiatus inter nubes; in Sardachate  
diaphano & octogono, alt.  $1\frac{1}{2}$  poll. lat.  $1\frac{1}{4}$

HENRICI IV. Galliarum Regis simulacrum  
capite laureato, vultuque dextrorsum converso,  
cum lorica ad pectus, & in circumferentia hac  
inscriptione inversâ H. IIII. D. G. F. E. N. R. in  
Achate variegato & diaphano, alt.  $1\frac{1}{4}$  poll. lat. 1.

\*\*\*\*\*

G E M M Æ I N C I S Æ

A N N U L I S I N S E R T Æ A U R E I S.

JUDICIUM Paridis infidentis trunco arboris,  
quo emergit ramus, cum cane venatico, ad pe-  
des, extendentisque manus ad tres Deas nudas,  
ex adverso sub arbore frondosa stantes, vultibus  
ad Paridem versis. Ex quo patet hunc silvas habi-  
tasse, quando de pulchriore inter illas judicavit;  
in Sarda lat.  $\frac{1}{2}$  poll. alt.  $\frac{1}{4}$  & ampl.

AUGUSTUS sellâ infidens dextrorsum, fini-  
strâque gerens cornucopiæ, dextrâ victoriolam  
offert Julio Cæsari, sub simulacro Martis victoris,

H 2



super aram stanti , qui dextram ad lauream , quam porrigit victoriola , extendit , sinistrâ spiculum inversum tenens , cum hac in ima parte inscriptione MAR. VIC. in Hyacintho primi generis , lat.  $\frac{1}{4}$  poll. alt.  $\frac{1}{2}$  ferè.

*Quanti fecerit hanc gemmam celeberrimus Jac. Gronovius , videri potest in ejusdem Felicitate Ramelensi , Typis data in folio Lug. Bat. anno 1707.*

COMMODI ( ut apparet ) laureati loricatique ac Crispinæ pectore tenus , capita jugata sinistrorsum ; in Calcedonio alt.  $\frac{3}{4}$  ferè lat.  $\frac{1}{2}$  poll.

\* LEDA vel NEMESIS cippo infidens , à Jove sub forma cygni compressa ; in Granato alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$ .

*Similem ferè exhibuit Begerus Thes. Brandeb. Tom. II. pag. 61.*

TURCICUM seu Arabicum Sigillum elegans ; in Corneolo obscuro & octangulâri , alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{3}{4}$  & ampl.

\* LYRA singularis ex duobus delphinis composita , insertaque annulo ex auro purissimo , inter antiquæ Tungrorum urbis ruinas anno 1698. reperto ; in Onyche cæruleo , strato nigro.

*Vide Montfaucon tom. III. Tab. CXC1.*

MULIER securifera sedens dextrorsum , brachio lævo sellæ dorso innixa , sinistram capiti ga-

leato admovens : ante illam ara cum vase super quod globus ; in Corneolo alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$

FIGURA muliebris in lecto sub arbore frondosa jacens , dextrâ cum capite ad imam arboris partem appositis , ac quasi alloquens virum nudum penes se stantem , linteosque muliebres sinistrâ sublevantem ; in Onyche cæruleo , strato nigro , alt.  $\frac{3}{4}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampl. cum circulo aureo , annulo tamen argenteo inclusis.

*Hac gemmâ representatur forsan Hypermnestra , quæ sola ex quinquaginta Danaïdibus , Lynceum virum servavit , fugam ei suadens.*

\* ANNULUS argenteus , in quo smaragdus ab utraque parte incisus : prima exhibet characteres Talismannicos : COMOYMIC fff. ; averfa verò serpentem , capite leonino ac radiato erectum , corporis circumdans gyris signum : Λ.

ANNULUS æreus , cum figura virili stante finistrorsum , quæ dextro brachio ramos , &c. sinistrâ verò manu speciem flagelli gestat ; in Corneolo alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{4}$



## G E M M Æ I N C I S Æ

## S I G I L L I S I N S E R T Æ.

BACCHI & ARIADNÆ connubium, cum sex figuris, ac simile omninò ei quod exhibuit D. Montfaucon tomo III. Ant. expl. Tab. CXXXIV. in Calcedonio lat.  $\frac{1}{2}$  poll. alt.  $\frac{1}{2}$  & aureo sigillo.

ROMA galeata sedens sinistrorsum super congeriem armorum, sinistrâ victoriolam gestat, dextro brachio innixa clipeo; in Corneolo alt.  $\frac{3}{4}$  ferè poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & argenteo sigillo.

CAPUT nudum ac imberbe, satisque simile Sigillo Caroli Magni, impresso ad calcem privilegii II. ab eodem Cæsare S. Maximini Monasterio concessi, & in Propyleo tom. II. Act. SS. Aprilis post pag. XII. Tab. 3. relati; in gemma violacei coloris, alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & argenteo Sigillo.

CUPIDO alatus stans dextrorsum super orbem, arcum intensum cum telo, ambabus manibus tenet; in Onyche alt.  $\frac{7}{8}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & ampl.

CAPUT ignotum cum diademate radiato, ac vultu dextrorsum verso; in Lapide Nephritico, alt.  $\frac{1}{2}$  poll. lat.  $\frac{1}{2}$  & circulo ex argento deaurato.

*Gemmæ incisæ.*

63.

*Sunt nobis insuper Patera antiqua ex ~~Sapphira~~ jaspide  
rubro, diametri 6. poll. & quatuor alia vasa ex  
variis Gemmis, quarum descriptionem, brevitatis  
causâ, omittimus; ut prærelatæ nostræ hic sit.*

**FINIS.**











